

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium monasticum

Paul <V., Papst>

Constantiae, 1660

Psalmi graduales

[urn:nbn:de:bsz:31-140162](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-140162)

P S A L M I
G R A D V A L E S.

Dicuntur in Quadragesima
Feria iv. cuiuslibet Heb-
domadæ non impedita ali-
quo Festo duodecim Lectionum:
in Choro ante Matutinum diei: ex-
tra Chorum pro opportunitate tem-
poris.

Primi quinque Psalmi dicuntur
sine Gloria Patri. sed in fine ultimi
dicitur, & equiem æternam, &c.

Incipitur absolute sine Añã.

Psalmus 119

AD Dominum cum tribula-
rer clamaui: * & exaudiuit
me.

Dñe libera animam meam à labiis
iniquis * & à lingua dolosa.

Quid detur tibi. aut quid apponatur
tibi * ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ, * cum car-
bonibus desolatoris.

Heu mihi quia incolatus meus pro-
longatus est: habitavi cum habitan-
tibus Cedar: * multum incola fuit
anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram
pacificus: * cum loquebar illis, im-
pugnabant me gratis. **Psalmus 120.**

Leuavi oculos meos in mon-
tes: * vnde veniet auxilium
mihi.

Auxilium meum à Domino, * qui
fecit cælum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum:
neque dormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dor-
mies, * qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus pro-
tectio tua, * super manum dexteram
tuam.

Per diem sol non uret te, * neque
luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni ma-
lo: * custodiat animam tuam Dñs.

Dñs custodiat introitum tuum, &
exitum tuum; * ex hoc nunc, & vs-
que in sæculum. **Psalmus 121.**

Lætatus sum in his, quæ dicta
sunt mihi: * In domum Domi-
ni ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atris
tuis Ierusalem.

Ierusalem, quæ ædificatur vt ciui-
tas: * cuius participatio eius in id-
ipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tri-
bus Dñi, * testimonium Israël ad
confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudi-
cio, * sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusa-
lem: * & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abun-
dantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos
meos, * loquebar pacem de te.

Propter domum Dñi Dei nostri, *
quæ sui bona tibi. **Psalmus 122.**

AD te leuavi oculos meos, * qui
habitas in cælis.

Ecce sicut oculi seruatorum, * in ma-
nibus Dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus do-
minæ suæ: * ita oculi nostri ad Do-
minum

minum Deum nostrum, donec miserereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri: * quia multum repleti sumus despectioe.

Quia multum repleta est anima nostra: * opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Psalms 123.

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël: * nisi quia Dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos, * forte viuos deglutissent nos:

Cum irasceretur furor eorū in nos, * forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra: * forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus, * qui non dedit nos in captionem dentibus eorū.

Anima nostra sicut passer crepta est, * de laqueo venantium.

Laqueus contritiis est, * & nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine Domini, * qui fecit cælum & terram.

Requiem æternam dona eis Dñe.

Et lux perpetua luceat eis.

Deinde dicitur in his genibus;

Pater noster, *secreto.* **Ps.** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos à malo. **Ps.** A porta inferi.

R. Erue Domine animas eorum.

Ps. Requiescant in pace. **R.** Amen.

Ps. Domine exaudi orationem meā.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ps. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spirito tuo.

Oratio.

Absolue, quæsumus Domine, animas famulorum famularumq; tuarum, & omnium fidelium

defunctorum, ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos resuscitari respirent. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Post Orationem statim dicuntur alij Psalmi Grad. qui sequuntur: & in fine cuiuslibet Psalmi dicitur Gloria Patri. Psalmus 124.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: * non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem.

Montes in circuitu eius: * & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: * vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: * pax super Israël.

Gloria Patri. Psalmus 125.

In conuertendo Dominus captiuitatem Sion: * facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum: * & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: * Magnificauit Dominus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiscum: * facti sumus lætantes.

Conuerte Domine captiuitatem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lacrymis, * in exultatione metent.

Euntes ibant & flebant, * mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione, * portantes manipulos suos.

Gloria

Gloria Patri. **Psalmus 126.**

Nisi Dominus ædificauerit domum, * in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dñs custodierit ciuitatem, * frustra uigilat qui custodit eam.

Vanum est uobis ante lucem surgeret: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce hereditas Domini, filij, merces fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: * ita filij excussorum.

Beatus uir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri.

Psalmus 127.

Beatu omnes, qui timeant Dñm, * qui ambulant in uis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: * beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua sicut uitis abundans, * in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum, * in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, * qui timeat Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: * & videas bona Ierusalem omnia diebus uitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, * pacem super Israël.

Gloria Patri.

Psalmus 128.

Sepè expugnauerunt me à inuentute mea, * dicat nunc Israël.

Sepè expugnauerunt me à inuentute mea; * etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricauerunt

peccatores: * prolongauerunt iniquitatem suam.

Dominus iustus concidit ceruices peccatorum: * confundantur & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum: * quod priusquam euellatur, exaruit:

De quo non impleuit manum suam qui merit, * & sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Dñi super uos: * benediximus uobis in nomine Domini.

Gloria Patri, & Filio.

Postea dicitur Actis genibus, Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. pater noster. secreto.

V. Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos à malo.

V. Memento Congregationis tuæ. **R.** Quam possedisti ab initio.

V. Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te ueniat.

V. Dominus uobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semper & parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat. Per Christum Dñm nostrum. **R.** Amen.

Dicta Oratio, statim dicuntur alij Psalmi Grad. qui sequuntur. & in fine cuiuslibet Psalmi, dicitur, Gloria Patris.

Psalmus 129.
De profundis clamauit ad te Domine: * Domine exaudi uocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in uocem deprecationis meæ.

m

Si

Si iniquitates obseruaueris Dñe: *
Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * &
propter legem tuam sustinui te Dñe.
Sustinuit anima mea in verbo ei: *
sperauit anima mea in Domino.

Custodia matutina vsque ad no-
ctem, * speret Israël in Domino:

Quia apud Domium misericor-
dia: * & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israël, * ex omni-
bus iniquitatibus eius.

Gloria Patri. **Psalms 130.**

Domine, non est exaltatum cor
meum: * neque elati sunt ocu-
li mei.

Neque ambulauit in magnis: * ne-
que in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: * sed
exaltaui animam meam.

Sicut ablactat⁹ est super matre sua:
ita retributio in anima mea.

Speret Israël in Domino, * ex hoc
nunc & vsque in sæculum.

Gloria Patri. **Psalms 131.**

Memento Domine Dauid, * &
omnis mansuetudinis eius.

Sicut iurauit Domino, * votum vo-
uit Deo Iacob:

Si introiero in tabernaculum do-
mus meæ, * si ascendero in lectum
strati mei.

Si dederò somnum oculis meis, * &
palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis: donec
inueniam locum Domino, * taber-
naculum Deo Iacob.

Ecce audiuimus eam in Ephrata: *
inuenimus eam in campis siluæ.

Introbimus in tabernaculū eius: *
adorabimus in loco, ubi steterunt
pedes eius.

Surge Domine in requiem tuam, *

tu & arca saacificationis tuæ:

Sacerdotes tui induantur iustitiā: *
& sancti tui exultent.

Propter Dauid seruum tuum, * non
auertas faciem Christi tui.

Iurauit Dominus Dauid veritatem,
& non frustrabitur eam: * De fructu
ventris tui ponam super sedē tuam.

Si custodierint filii tui testamentum
meum, * & testimonia mea hæc, quæ
docebo eos:

Et filii eorum vsque in sæculum, *
sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion: *
elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæ-
culi: * hic habitabo quoniam elegi
eam.

Vidua eius benedicens benedicā: *
pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: *
& sancti eius exultatione exulta-
bunt.

Illuc producā cornu Dauid, * pa-
raui lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusione: *
super ipsum autem effloreat sancti-
ficatio mea.

Gloria Patri: **Psalms 132.**

Ecce quā bonum, & quā iu-
cundum * habitare fratres in
vnum.

Sicut unguentum in capite, * quod
descendit in barbam, barbam Aaron:

Quod descendit in oram vestimenti
eius: * sicut ros Hermon, qui de-
scendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit Dominus
benedictionem, * & vitā vsque in
sæculum.

Gloria Patri: **Psalms 133.**

Ecce nūc benedicite Domi-
num, * omnes serui Domini:

Qui

Qui statis in domo Domini, * in a-
eris domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras
in sancta, * & benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, *
qui fecit caelum & terram.

Gloria Patri, & Filio.

Deinde dicitur flexis genibus,

Kyrie eleison. *Christe eleison.*

Kyrie eleison. *Pater noster.* *segr.*

Et ne nos inducas in tentatione.

Sed libera nos a malo. *Saluos*

fac seruos tuos.

Deus meus spe-

rantes in te. *Domine exaudi*

orationem meam.

Et clamor meus

ad te veniar. *Dominus vobiscum;*

Et cum spiritu tuo.

Oramus.

Oratio.
Rædende Domine famulis &

& famulabus tuis dexteram cæ-

lestis auxilij: vt te toto corde per-

quirant: & quæ digne postulant;

consequi mereantur. Per Christum

Dominum nostrum. *Amen.*

SEPTEM PSALMI

POENITENTIALES,

CVM LITANIIS.

Dicuntur flexis genibus in
omnibus sextis Ferijs Qua-
drag. quando Officium fit

de Feria. Litanie autem, omnis

Septem Psalmis, dicitur in Lita-

niis maioribus in festo sancti Mar-

ci, & in tribus diebus Rogationum.

Dicuntur autem in Quadragesi-

ma in Choro post Matutinum &

Laudes diei, dicto **Benedicamus**

Domino. extra Chorum pro oppor-

tunitate temporis.

Aaa. Ne reminiscaris.

Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo
arguas me, * neque in ira tua
corripas me.

Miserere mei Domine, quoniam in-
firmus sum: * sana me Domine, quon-
iam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: *
sed tu Domine vsquequo?

Conuertere Domine, & eripe ani-
mam meam: * saluum me fac pro-
pter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui me-
mor sit tui: * in inferno autem quis
confitebitur tibi?

Laborauit in gemitu meo, lauabo
per singulas noctes lectum meum: *
lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: *
inueteraui inter omnes inimicos
meos.

Discedite a me omnes qui operami-
ni iniquitatem: * quoniam exaudi-
uit Dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit Dominus deprecationem
meam, * Dominus orationem meam
suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehe-
ementer omnes inimici mei: * con-
uertantur & erubescant valde velo-
citer.